Quelle: http://manuscripta.at/?ID=496
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cis considerans de tot significatis id qd ad appositum ptinet. et conuenientiu illi rationu amini
culis eligat. Et ut decentius orandi taceam spem habens. in affirmationibus que res subta cui rei pdica
tur suscipiunt nomen. inter cetera que significant notare contendat. ibique mentis sue intellectum consti
tuat. Quod quidam qui eum nichil intelligant. omnia iudicant. hoc est inpudentissimi desipien
tia sapientissimi absque disserendi ratione disertissimi. minime cogitant attendendum.
Ideoque non ex sensu mentis eius qui loquitur uerba. sed ex ubi sensum et aliu sepe quam illum eius sunt articulata ac
cipiunt in his et que ipsi pferunt uerba. non intelligentes neque que locuntur neque de quibus affirmant.
Sicut cum audiunt hominis deique facta in xpo coniunctionem. putant quod is qui homo est. et is qui deus est in xpo
dicantur coniuncti. Quemadmodum si dicatur humani spiritus qui anima uocatur corporisque in xpo facta
coniunctio. recte intelligitur non modo id quod anima est spiritus. et quod caro est corpus. i. spiritus corporisque na
ture. uerum etiam ipsa anima que est spiritus et ipsa caro que est corpus esse in xpo coniuncta esse ibique. Sed non ita
pacipi cum dicitur hominis deique facta in xpo coniunctio. s. ut is qui homo est et is qui deus est intelligantur in xpo
esse coniuncti. sed tantum diuina essentia et humana natura. i. diuinitas et humanitas. Neque enim a

Nichil horum ex utrisque effec
tum est. ac per hoc nichil est
xpc. Nomen quippe ipsum u
num quiddam significat sin
gularitate uocabuli.
At si duabus personis ma
nentibus ea coniunctio
qualem supra diximus fac
ta est naturarum unum ex
duobus effici nichil po
tuit. Nichil[?] uno enim
ex duabus personis nichil
umquam fieri potest.

he per appositionem. Si enim ita. idem per appositionem. humani
tas diuinitati coniuncta est nil unum supple. nam et ipse
in consequentibus addet. nichil in quam aliter unum. ex horum utrisque
confectum est. uidelicet non ex his alicui uni constat pietas. que certa
nec xpc. ac per hoc xpc nichil est. s. non est naturaliter aliquod unum. quod tamen
est. Nomen quippe ipsum quod est xpc. unum quiddam significat. i. ipsum qui dicitur
xpc. et ex multis collecta pietate que dicitur xpc; et hoc intelligitur
ex singularitate huius uocabuli. quod est xpc. At si. quasi uocabuli
singularitas unum ostendit. at qualiter unum sit uidendum est.
Nam simpliciter unum non est quasi secundum nestorium ex eo quod est deus. et ex
eo quod est homo coniunctum est. Certum est autem quoniam qui deus est. est et persona.
Similiter qui homo est. est et persona. Persona uero persone non secundum appositionem
coniungi non potest. Si uero duabus personis manentibus illa uidelicet que
deus est et illa que est homo. ea coniunctio naturarum. i. diuinitati et hu
manitati facta est qualem supra diximus. hoc est secundum appositionem. Quasi. quod deo et homine manenti
bus personis aliter fieri non potest nichil unum ex duobus effici potuit. attende quod ait. Si humanitas di
uinitati secundum appositionem coniuncta est nichil unum ex utrisque confectum est. Et quod non secundum appositionem
fieri intelligenda sit. ostendit cum ait. Si duabus personis manentibus coniunctio fit earum.
In quo manifeste demonstrat quod nulla est naturarum secundum appositionem coniunctio. non earum subtra
in quibus ipse sunt ut de quibus pdicantur sibi inuicem secundum appositionem coniuncta sit. Nam in corpore anima
lis carnis et ossis nature non appositione sed compositione coniuncte dicuntur: quoniam caro et os in ipso corpore
animalis non appositione. sed compositione coniuncta sunt. Nam quandocumque ea que sunt aliquid subsistens esse ponit et
ea quibus sunt ipsa componentia toti subsistenti illi pietate componit. Non autem uniuersaliter
conuertitur. Sepe et enim alicui subsistenti pietas ex multis est naturis composita. ipsum tamen
subsistens simplex ex nullis subsistentibus constat. ut anime illa spiritalis subsis